

Vera ob- multa, Eraurus etiā non pauca. Ego quoq; non nihil dixi
seruatio & dicā. Observatio euētus tum est vera, cū videmus fieri
 multa post aliquā rē, quæ semper fiunt post rē eandē, &
 nunquā accidat, nisi ea prius existente. Quod si colligas

Falsa & euentus multos post aliquod naturæ opus, qui ijdē euē-
fallax ob- tus citra hoc ipsum accidunt, & sepe maiores ac numero
seruatio plures, quæ ratio obseruandi. Narrant post aliquod

Cometas bella, cedes accidisse. Ergo à Cometa hēc sunt:
Casus con- Nugatoria sane argumētatio. Nā ego cōtrā, prēlia innu-
tra Comer- merabilia, seditiones, cedes, pestes, terre motus, obitus
tarios heroū afferā nullo viso Cometa. Ergo hēc damnano à
 Cometa. Traiano post Neruam imperatore in Cypro in-
 sula, in Aegypto, supra quadraginta hominū milia cæsa
 sunt. Cometa nullus. Adriano etiā imperāte post Traiani
 obitū quīngēta milia Iudæorū à Romanis trucidata sunt.
 De Cometa nulla mētio. Et si fuisset, nullus mortaliū istas
 clades à Cometa vel indicatas vel effectas fuisse probare
 potest. Per annos uiginti vexatur Gallia, uastatur, fune-
 statur intestinis & perpetuis bellis: quot hominū milia
 demersa aquis, ferro trucidata sunt. Si quotannis præci-
 pius in eo regno imminēs Cometa visus fuisset, vix iure
 suspicari deberēt id à cœlesti quadā luce fieri posse. Tamē
 sine minis ullis Cometæ in Gallia partim peste, partim
 ferro ad uicies cētena millia hominum 10. annis extincta
 sunt.

Visum lu- Vedit Europa, anno abhinc quinto, in Cassiopea stelle
cidum in formā insignē. Quāta iudiciorū varietas. Erant qui stellā
Cassiopea veram dicerent: aliqui Cometam. Vtra pars veram scie-
 bat: Omnes asseuerabant, opinabantur, leuisbus conie-
 cturis & ridiculis adducebantur. Et qui scripserūt, etiam
 docti magniç nominis viri, portentum felix & faustum
 omnes putarunt. Vidi ego quorundam versus, nomina
 omitto. Si lusus appelles, nō erres. Etenim sepe ludimus,
 & ludimur simul, cū seriō nos agere censemus. Canebāt
 esse stellam alteram post Christi Seruatoris natalē, secū-
 dū redēptoris aduētū appropinquare Magos, principes

ac